



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ANNO
 CHRISTI
 567.

P R Æ F A T I O.

CVM in nomine Domini in Lugdunenſi vrbe ad ſyno-
 dale Concilium veniſſemus, tam pro renouandis ſan-
 ctorum patrum inſtitutis, quæ præſentis temporis neceſ-
 ſario fecit opportunitas iterari, quam his quæ aſſurgenti-
 bus vñdecumque querelarum materiis, recentis defini-
 tionis ordo popoſcit inſtitui, tractantes quid ſaluti po-
 puli vtilius competeret, vel quid eccleſiaſticus ordo ob-
 ſeruaret.

C A N O N E S.

I.

Primo in loco vnitatem ſacerdotum, quam &
 Dominus diligit, & ſcriptura commendat, & con-
 cordia caritatis expoſcit, conuenit ab omnibus cu-
 ſtodiri; ita vt in omni tractatu vel definitione,
 vno ſpiritu, vna ſententia, ſacerdotum conſtantia
 perſeueret. Et ſi quid inter fratres, id eſt coepiſco-
 pos noſtros, contentionis ortum fuerit; ſi de vna
 prouincia ſunt, metropolitani cum comprouin-
 cialibus ſuis iudicio ſint contenti. Si vero diuerſæ
 prouinciæ duo fuerint ſacerdotes, inter quos ali-
 qua diſceptatio oriatur, conuenientibus in vnum
 metropolitanis ipſorum, omnis eorum actio illo-
 rum iudicio terminetur: ita vt ſi vnus ex epiſcopis
 ab alio epiſcopo, aut a quacumque perſona inique
 fuerit aggrauatus, communi fratrum ſtudio cum
 Dei ſolatio deſenſetur. Quod ſi quis ſe ab hac con-
 ditione quacumque calliditate ſubtraxerit, tribus
 menſibus ſe a caritate fratrum nouerit eſſe ſeque-
 ſtratum.

II.

Secundo loco, quia multæ tergiuerſationes in-

Concil. Tom. 12.

E e e e